



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XV. Markgraf Ludwig bestätigt der Stadt Arenswalde ältere Verleihungen und Zugeständnisse, am 25. Mai 1336.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

tatos trecentas marcas Vinconum et decem marcas plenarie et honeste. Testes sunt Dominus Jacobus plebanus in villa Rokit, Cufche prefectus in Woldenbergk, Hermannus etc. — Cives ibidem et Henricus Wulff in villa Driversdorff armiger. Datum feria IIII post Octavam Epiphanie, Anno Domini Millesimo trecentesimo (tricesimo) sexto. In cujus rei testimonium prefens scriptum dedimus nostro sigillo consignatum. Igitur nos Consules in Fredeberg et in Woldenberg ex rogata utroque venerabilium virorum et inductu ad maiorem evidentiam et certitudinem predictorum nostra sigilla duximus apponenda.

Aus der Gumbtingschen Urkundensammlung III, 2. S. 18 mit der Ueberschrift 1336. Im Texte ist dagegen das Wort tricesimo ausgelassen.

XV. Markgraf Ludwig bestätigt der Stadt Arnswalde ältere Verleihungen und Zugeständnisse, am 25. Mai 1336.

Lvdouicus etc. Venientes ad nos prudentes viri consules ciuitatis nostre Arnswolde, dilecti nostri fideles, nobis, vt ipsis gratias, concessiones et priuilegia per magnificum Principem woldemarum nec non alios marchiones Brandenburgenses pie recordacionis predecessores nostros dilectos super villa Blockesdorpe et eius iuribus et pertinentiis vniuersis et eadem super molendino, quod ante valuam, que se versus terram Stargardin tendit, situm est, et super molendino vltius descendendo super eundem fluuium sito, quod communiter dicitur Lapmül, et super eisdem fluminibus, que vulgariter dicuntur Kluckem et Stefin, que se tendunt vsque ad fluuium, qui proprie dicitur Stauenicz, tradita et concessa confirmare dignaremur, humiliter cum instantia supplicarunt. Quorum quidem supplicationibus ad ipsorum instantem requisitionem annuimus fauorabiliter iuxta vota, ipsis ipsorumque posteris et successoribus donationem et appropriationem ville blockesdorpe et molendinorum predictorum cum singulis et vniuersis suis pertinentiis et quod super predictos fluuios alia molendina, ubi prefate ciuitatis consulibus videbitur expedire, poterunt edificare et molendina sua, si voluerint, restaurare et confirmare, sub forma, modis et conditionibus, prout per ipsum marchionem woldemarum et ceteros predictos felicitis memorie marchiones brandenburgenses rationabiliter et rite facta fuerint et vt legitimis documentis edocere poterunt, ratificamus, approbamus et presentibus confirmamus, et predictae ciuitatis consules se coram nobis et nostris consiliariis de omni inpeticione pro nunc predictorum bonorum omnimode expurgarunt. In cuius etc. Datum Berlin, anno domini M. CCC. XXXVI^o., die Sabbati ante festum corporis cristi.

Iste additiones facte sunt a domino Eberwino ex iussu illius de Buch, anno Domini M. CCC. XXXVII. feria quinta post Michaelis.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staats-Archives (I. C. 4. in quarto).